

Scientia Sanctorum

Collecta Ex Meditationibus Ludovici De Ponte, Joannis Busaei, Joan.
Suffren, Juliani Hayneufve, Et Antonii Gaudier, &c. E Societate Jesu, In
Dominicas, Festa & ferias totius Anni digesta. Cum Indicibus duobus. I. In
singulos dies. II. Ad Exercitia Spiritualia

Puente, Luis de la
Dilingæ, 1685

De S. Ludovico, Galliæ Rege.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60588](#)

emicuit, amorisque sui notas Christus & characteres impressit. 2. Qui luctatur, exiit ut vestimentis: ut generosus luctaretur Apostolus, vel ipsa pelle exutus est. 3. Serpens detracta pelle novas sumit vires: sic Bartholomaeus propriam exuit, novam vitam deinceps ducturus. 4. Amor nudus adumbratur: Bartholomaeus, ut suum erga Christum amorem apud omnes contestatum relinquet, arcana cordis aperit detracta pelle. Igitur qui vult induere Christum, *Exuat veterem hominem, exhibeat Rom. 12. que corpus suum hostiam viventem, sanctam, Deo placentem, &c.*

25. Aug. DE SANCTO LUDOVICO
Galliæ Rege.

PUNCTUM PRIMUM.

Rex Dei
servus.

Si servire Deo regnare est, dupli nomine Rex fuit S. Ludovicus; qui regnaturum se nunquam credit nisi Deo serviret, & populos ad eidem serviendum omni ope induceret: qui magis gloriabatur Christiani nomine, quam regni: qui, cum licita omnia regiae potestati viderentur, nihil sibi licere adversus Deum putavit; sequente per totam vitam, ab omni peccato mortali, inter aulæ blandimenta servavit integrum. 1. Disce à Rege sanctissimo nihil esse hac in vita gloriosum, præterquam Deo servire: erubescere, quod toties erubueris Christianus videri: time justam Christi comminacionem

nem, *Qui me erubuerit, hunc filius hominis eru-* *Luc. 9.*
bescet. 2. Admirare S. Ludovici inter tot ca-*26.*
diendi pericula constantiam. 3. Si quando gra-
viora peccata commiseris, malitiam ipse tuam &
imbecillitatem accensa: non enim peccandi aut
facultas aut impunitas major, aut occasiones
frequentiores tibi fuerunt, quam Regi. 4. Si
aliquorum curam habes, provide diligenter ut
Deum colant.

PUNCTUM II.

Christiano, etiam Regi crucem tollendam *Rex cru-*
gesse credidit. Hinc 1. Cùm facile immu- *cis Disci-*
nes se putent cæteri Reges à jejunis imperatis, pulus.
ipse ad ea quæ imperantur, alia addebat singu- *1.*
lis hebdomadis tria; & die Veneris nihil ad
victum adhibebat præter panem & gelidam. 2. *2.*
Non tantum ministrabat pauperibus ad men-
sam; sed & cum iisdem saepe accumbens man-
ducabat. 3. Ferratis flagellis corpus regium ca- *3.*
stigabat. 4. Cilicum quotidie induebat asper- *4.*
tritum, &c. Quid ad hæc, delicate, qui ad ipsum
mortificationis nomen aut horrescis, aut rides?
Nobilior es, quam sanctus Ludovicus? innocentior,
quam qui nullum unquam peccatum
mortale commisit? delicatior, quam Rex in-
ter aulæ delicias educatus?

PUNCTUM III.

Cerravit adversus hostes Christi omnes. 1. Rex mi-
Dæmones, resistédo tentationibus. 2. Blas- *Ies Chri-*
Kk 5 phe- sti.

520 *Supplementum Meditationum,*

phemantes, gravissimis edictis. 3. Homines
suspectæ fidei & hostes domesticos Ecclesiæ
variis pænis. 4. Infideles & Saracenos. Quo in
ultimo certaminis genere, mitare. 1. zelum
sanctissimi Regis, qui bis regnum suum dese-
rit, bis iter suscipit longissimum & periculosissi-
mum, secumque cupias regni omnes abducit.
Atque id non spe acquirendæ famæ, aut regni
amplificandi, sed tantum augendæ divinæ glo-
riæ, & terræ sanctæ à Saracenis liberandæ. 2.
Incomprehensibilia judicia Dei, qui sanctum
Regem pro sui nominis gloria generosissime
certante, captivum duci primū; tum peste af-
fligi & mori inter barbaros sinit. 3. Invictam S.
Ludovici patientiam, qui affligenit se Dei judi-
cia constantissime adorat. Sit nomen tuum,
Domine, benedictum in sæcula, inquietab mo-
riens. Voluisti, ut regnum meum relinque-
rem, reliqui; ut bellum hoc susciperem adver-
sus hostes tuos, suscepi: nunc deseruisse ser-
vum tuum videris; sis benedictus: passus es pro
te militarem vinci; sis benedictus: captivus in
carcerem conjectus sum; sis benedictus: nunc
peste afflictus morior; sis in æternum bene-
dictus. Cogita. 1. Quid agas pro Christo præ
sancto illo Rege. 2. Quid patiaris. 3.
Quomodo patiaris.



DE